



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Tractatus Iuridico-Politicus De Iure Superioritatis Ac  
Summa Potestate Rom. Pontificis**

**Wesseling, Hermann**

**Coloniæ Agrippinæ, 1662**

V. Fridericus IV.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-64514](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-64514)

IV.

## ALBERTVS II.

Archiducis Alberti, Friderici III. fratris nepos an. 1438. Rex Hungariæ, Imperator, & Rex Bohemiæ modico temporis intervallo creatus, & coronatus est, sub hoc Cæsare Belgradum, seu Alba Græca vulgò *Griechisch Weissenburg* ab *Amurathe II.* Turc. Rege obsidione cinctus, sed ab *Alberto* magna strage, & interfectione Turcarum liberata fuit. Ejus uxor erat *Elisabetha Sigismundi Cæsaris* unica filia, cum qua Hungaria, Bohemia, & Moravia pervenit ad Austriacos. Animam reddidit in Hungaria ex nimio peponum, & melonum esu, anno ætatis suæ 43. altero regiminis, sepultus in Alba regali, vulgò *Stull Weissenburg* / maximo imperii, regnorum, & Christianorum ludu.

Post hunc imperiale diadema continuè seriè apud Austriacos permansit, maxima totius Christianitatis utilitate, ac pace,

V.

## FRIDERICVS IV.

Archiducis *Ernesti Ferrei* filius natus Oenoponti, an. 1415. Electus est in Romanorum

norum Regem, & Imperatorem Franco-  
 furti an. 1440. coronatus Aquisgrani 1442.  
 Uxor ejus erat *Eleonora* Eduardi Regis  
 Portugalliae filia. Hic aestimavit scientias,  
 & Doctores Equestri Ordini conjunxit, &  
 Nobilibus pares esse voluit tam in Cathe-  
 dralibus Ecclesiis, quam Comitiorum  
 Conventibus, unde & Doctores JC. Prae-  
 nobilium titulo in Recessibus Imperii  
 gaudent. Obiit Lincii ad Danubium an-  
 no 1493. sepultus Neostadii, anno aetatis  
 suae 78. Imperii vero 54. qui sola scientia, &  
 rerum experientia regebat universa.

## VI.

## MAXIMILIANVS I.

Filius *Friderici IV.* generosus, & ap-  
 primè doctus paternis vestigiis insistens, ac  
 Turcae formidabilis Imperator timore, &  
 amore continuit Imperium. Hic decem  
 Circulos, vulgò *Des Heiligen Römischen*  
*Reichs Kraissen/* nec non Cameram Im-  
 perialem Spirensis instituit. Natus est  
 an. 1459. creatus *Cesar* an. 1486. Franco-  
 furti, coronatus Aquisgrani. Uxor ejus  
 fuit prima, *Maria* Caroli Ducis Burgun-  
 diae filia, cum qua 17. Provinciae Belgicae ad  
 N Austria-